Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



indomodni pomnes dies uitae meae; quare hoc ut contempler inquit delectationem dni. quando uenium & apparebo ante faciem dni; Interim dum meditor dum curro. dum in uiasum. antequam ueniam. antequam apparea;

Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte cum dicitur mihi per singulos dies ubi est ds tuus; Fuerunt inquit mihi lacrimae meae. non amaritudo sed panis suauis erant ipse lacrimae; sitiens illum fontem qui a bibere non dum poterem. meas lacrimas. manducabam. Non enim dixit facti sunt mihi lacrimae meae panes die et nocte ne ipsas desiderasse uideri ut sicut fontes aquarum. sed seruata illa sitis quae prior seruata illa sitis quam ardisco ad fontes aquarum panes mihi facti sunt lacrimae meae. Du differo & uiuiq: manducabo lacrimas suas. sine dubio plus sitit ad fontes. die quippe & nocte facti sunt mihi lacrimae meae panis; Cibum istum qui panis dicitur die comedunt homines noctedormiunt panis lacrimarum & die & nocte comeditur. siue totum tempus accipias diem & noctem siue diem intellegas huius saeculi prosperitate siue inquit in prosperis reb: saeculi siue in aduersis reb; saeculi. Ego desideriumei lacrimas fundo. ego desiderium meum auditorem non desero; & cum in mundo bene est mihi. male est ante quam apparebo ante faciem dni; Quid ergo dicis quasi gratulari si aliqua huius saeculi prosperitas arriserit. non decepitoria est. non fluxo caduca et mortalis. non temporalis uolatica transitoria; Non ne plus habens decepciones quam delectationes; Cur ergo non & in ipsa fiant lacrimae meae panis; siquidem & cum felicitas saeculi circumfulgeat. quamdiu sumus in corpore peregrinamur a dno; & dicitur mihi cotidie ubi est ds tuus; Quia paganus si hoc mihi dixerit nulli & ego possum dicere ubi est ds tuus; Omnis quippe suum digito ostendit; Intendit enim digitum ad aliquem lapidem & dicit; Ecce est ds meus ubi est ds tuus; Cum lapidem in risero & erubuerit quid monstrauit. tollit oculum a lapide suspicit caelum & fortasse in solem digitum intendens iterum dicit; Ecce ds meus ubi est ds tuus; Inuenit ille quod ostendere oculis carnis ego aut non quasi non quem ostendam. sed non habet ille oculos quib: ostendam; Potuit enim ille oculis corporis mei ostendere dm suum solem quib: ego oculis ostendam solis creatorem; Verum tamen audiendo cotidie ubi est ds tuus; & in lacrimis meis cotidianis pastus die ac nocte meditatus sum quod audiui ubi est ds tuus; quaesiui & iam ego ipse dm meum. ut si possem non tantum credere sed aliquid & uiderem; Uide enim quae fecerit ds meus. Non autem uideo ipsum dm meum qui fecit haec; sed quoniam sicut ceruus desiderat ad fontes aqu[arum] & est apud eum fons uitae. & in intellectu scriptum est psalmus filii chore